



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Avrea Gemma Christianorvm

Ruben, Leonhard

Paderbornae, 1604

XXXIX. Christus fatetur se regem, & ad testanda[m] veritatem venisse,
tacet ad conuitia Iudæoru[m] & ad interrogatione[m] Pilati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68313)

constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius, predicans preceptum eius. Psalm. 84.

II. Misericordia & veritas obuiauerunt sibi, iustitia & pax osculata sunt. Alia vt capite vigesimo nono.

VERITAS. Matth. 27. II. 12. 13. 14. Iesus autem stetit ante praesidem & interrogauit eum praeses dicens: Tu es rex Iudaorum? Dicit illi Iesus, tu dicis. Et cum accusaretur a pontificibus sacerdotum & senioribus, nihil respondit. Tunc dicit illi Pilatus: non audis quanta aduersum te dicunt testimonia? Et non respondit ei vllum verbum, ita vt miraretur praeses vehementer. Marc. 15. 2. 3. 4. 5. Et interrogauit eum Pilatus: Tu es rex Iudaorum? At ille respondens, ait illi: Tu dicis. Et accusabant eum summi sacerdotes in multis. Pilatus autem rursus interrogauit eum dicens. Non respondes quidquam? Vide inquantis te accusant. Iesus autem amplius nihil respondit, ita vt miraretur Pilatus. Luc. 23. 3. 4. Pilatus autem interrogauit eum, dicens. Tu es rex Iudaorum? At ille respondens ait: Tu dicis; ait autem Pilatus ad principes sacerdotum & turbas, nihil inuenio cause in homine. Ioan. 18. 33. 34. 35. 36. 37. 38. Introiit ergo iterum in pratorium Pilatus, & vocauit Iesum & dixit ei: Tu es Rex Iudaorum? Respondit Iesus: A temeripso hoc dicis, an alij dixerunt tibi de me? Respondit Pilatus. Nunquid ego Iudaeus sum? Gens tua & pontifices tradiderunt te mihi, quid fecisti?

fecisti? Respondit Iesus: regnum meum non est de hoc mundo, si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei utiq; decertarent, ut non traderer Iudais: nunc autem regnum meum non est hinc. Dixit itaq; ei Pilatus: ergo rex es tu? Respondit Iesus, tu dicis, quia rex sum ego, ego in hoc mundo sum, & ad hoc veni in mundum ut testimonium perhibeam veritati: omnis, qui est ex veritate, audit vocem meam: Dicit ei Pilatus: quid est veritas? Et cum hoc dixisset, iterum exiit ad Iudaeos, & dicit eis: ego nullam inuenio in eo causam.

CAPVT XL.

Christus à Pilato mittitur ad Herodem, ibidem nihil locutus, et irrisus alba veste remittitur ad Pilatum.

FIGVRAE. I. Dauid apud Achis regem Geth fugiens Saulem immutat vultum, & dicitur furere. 1. Reg. 21. 10. 11. 12. 13. 14. 15.

2. Filius prophetae missus ab Elifao ad regendum Iehu in regem Israëli à socijs Iehu in sanus habitus est. 4. Reg. 9. 11. 12. Iehu autem egressus est ad seruos domini sui, qui dixerunt ei: Responde nobis: quid venit in sanus iste ad nos? Qui ait eis: nostis hominem, & quid locutus sit? At illi responderunt. Falsum est sed magis narra nobis. Qui ait eis hac & hac locutus est mihi, & ait: Et dicit Dominus vnxi te regem super Israëli.

3. Rogant principes Sedechiam vt occideretur Ieremias, quasi non quærat pacem populo sed malum. Ierem. 38. 4. Et dixerunt principes